

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 47 [XLVII.]

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

Job. 8. Sed et delicia tua sunt esse cum filiis hominum. O
 amantissime Deus, quid est homo, quia sic magnificas
 Job. 7. eum? aut quid apponis erga ^{cum} cor tuum? Cur non vi-
 cissim id dulcissime amator anima mea cor meum tibi
 do, et tecum semper esse anhelos? Ecce sine amico
 non possum non misere vivere: et si tu o benignis-
 sime Deus, non fueris mihi pra omnibus amicum.
 nimium infelix ero. Ah quam durus et aridus sum,
 sine te! quam solitius et vanus, si amo aliquid ex-
 tra te! quidem totus mihi conferre potest mun-
 dus sine te? Revera qui te habet amicum, possidet
 thesaurum bonum super omne bonum. Teneam te igitur
 o unicum desiderium meum: amplectar te, o aeternum
 bonum sine quo nihil est bonum.

47^{um}
 Aspiraciones ad Deum ob. ~~et~~
 amorem eius in incar-
 natione relucens.

i O admirabile et inscrutabile consilium! o in-
 comprehensibile commercium! quod tu dominator caeli
 et terra, ac altissima maiestatis Dominus non sis
 dedignatus sublimem potentiam tua ad hunc usque le-
 nobrosam saeculi carcerem inclinare, formam servi
 induens, ut nos participes divinitatis tuae efficeret.
 Nempe non satis erat tibi, esse Dominum ac crea-
 torem, sed etiam ut nos reparares ad gloriam, redemptor,
 condonalis, frater, caro, et sanguis noster, participes
 infirmitatis ac miseriae nostrae fieri voluisti. Quam
 magna multitudo pietatis ac bonitatis tuae, mi dul-
 cissime ^{Deus!} o inestimabilis, o immensa charitas tua! quis
 super tanta amoris ac pietatis viscera non obstupescat?
 quis charitate non inflammetur, et amorem pro amo-
 re non rependat? ah amo te, mi dilectissime Deus,
 tibi me totum condecro, quia tibi soli vivere volo.
 o quando, quando te feliciter inveniam? quando me
 totum in te rapies?

7. Itaque o amantissime Deus factus es homo, ut
 perditus homo de potestate Demonis erueretur. O
 quam pius, o quam benignus es dulcissime Deus,
 qui amore mei non horruisti Virginis uterum non
 iumentorum vile contubernium, non hominum rudium,
 ingratorum, perfidorum consortium. Venisti o sua-
 vissime Iesu, venisti querere, et saluum me facere,
 qui perieram. Quasivisti ovem perditam, quasivisti
 multo labore, sudore, dolore, angore, et tandem
 invenisti, cuiusque humeris reportasti ad caulas gregis.
 Sane pius Dominus, et vere multum pius pastor!
 O quam amabilem te mihi exhibuisti! Revera du-
 rissimi essem cordis, si hac tua ineffabilis pietas ad
 tui amorem me non moveret, si ^{te} ex toto corde non dili-
 gerem. Ah diligam te Domine Deus amator meus
 adeo fidelis, adeo fortis: diligam te, non ut salves
 me, aut ne in aeternum damnes me sed quia
 tu prior amasti me. Amplectar ^{te}, tuas te, sen-
 tiam te plenum gratiae, pietatis et misericordiae.

3. Adde vero pauper amore nostri, o dulcissime
 Deus effectus es, nostraque miseria partem
 gustasti amaritudinem, ut quamvis coeli et terra
 sis Dominus, nihilominus non haberes in
 ipso natalitatis tempore: quippe tunc omnibus
 rebus prorsus nudatus: ubi tenera membra
 reponeres; hinc in alieno stabulo nasci: cum
 tui te non reciperent: atque corpusculum tuum
 vilibus panniculis obvolutum in praesepe rigidum

S. Aug. in
Man. c. 24.

collocare quodammodo compulsus es. O bone
 Jesu, cuius cor non accendatur ad amorem, non
 excitetur ad devotionem, non moveatur ad
 compassionem, dum maximam inopiam, admi-
 rabilem humilitatem, ac ferventissimum erga
 nos amorem tuum animo revolvit? "O anima
 mea desponsata Fide, deputata cum angelis,
 diligere illum, à quo tantum dilecta es. In-
 tende illi, qui intendit tibi, Quare querente
 de, ama amatorem tui, cuius amore praver-
 tes. Ama illum, qui eduxit te de lacu mise-
 ria et de luto facis.

Caput 48.

Aspirationes ad Deum ob eius
 amorem in passione
 reluctentem.

Totam Passionem Christi breviter hic ex-
 primere cupientes, animadvertimus, id aptius fieri
 non posse, quam totam hanc materiam in
 diversos rhymos et rhytmos redigendo; ea signi-
 ficanda rhytmica methodi vis est et energia,
 ut per eam pressius, simul et cum majore
 emphasi loquamur sensaque nostra
 exponamus.